



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 6. Siciliæ Montes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

## N V M. 5. Lacus &amp; Fontes Sicilie.

PERGVSA lacus, aliter Pergus, ad quem rapta Proserpina, carens piscibus, sed colubris abundans: 5. millibus ab Enna vrbe distat, & dicitur *Pergus*. Iuxta Plutonia specus, ore in Boream verso, vnde Pluto raptor extitit.

PALICORVM FONS, seu Menenius, & Palicinus, sed melius duo fontes Crateres dicti fratrum Palicorum, ad quos nemo peierat impunè: hodie *Naphtia Fazello*.

CONCHEVS lacus, aliter Petrulensis, de quo in Admirandis: hodie *Lago di Petra*.

CAMARINA palus, seu lacus — *Cui non licitum fatis Camarina moueri, Silio.* Hæc cùm exsiccata est pestilentiam peperit: consuluere Apollinem ciues, respōdit exsiccandam non esse, non paruerunt Oraculo, & ab hac parte hostes in urbem irrupere, *Suidas*. Vnde parœmia μὴ κύριον Καμαράνας, ἀκαντός γέροντος αὐτοῦ: hodie *Lago di Camarana*, & eam Fl subiens *Fiume di Camarana*.

CYANE fons, de quo multa Mythologi, quæ patrem ad aras māctauit: hodie *la Pisma ad Syracusas*.

## N V M. 6. Sicilie Montes.

ÆTHNA, sic dictus à Græco ᾥθων ardere, flamas eructans Craterem suo, sic enim os hiatus appellatur. Solinus duplē in eo Craterem admittit. De mirâ eius fertilitate lege Strabonem lib. 6. de variis eius incendiis diuersis temporibus Cluuerium. Causam incendij faciunt Poëtæ Typhœum, seu Typhonem Gigantem eo oppressum à Ioue: Lucretius eam reiicit in sulphur quo hæc regio scatet, accedunt & flatus inclusi. In hoc templum erat Vulcano sacrum, *Aeliano*. Altissimus est, ideoque Columna Cæli dicitur à Pindaro, cælumque fulcire, ut ait eius Scholiafestes. Hyginus tradit ad eum configuisse Deucalionem & Pyrrham ad vitandum Cataclysmum: hodie *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel*, ou *le Mont Ethna*.

PELORVS, aliter NEPTVNIVS, & Pelorias, vbi erat specula vnde prospectus patebat in mare Hadriaticum, & Tuscum: dicitur & Chalcidicus, & Eunes & Senes, nisi malis esse diuersas eius partes: hodie *Monti di Namari*.

HERÆI Montes, aliter IVNONII ~~et~~ tñs Hęgęs, amoenissimi Diodoro, & in iis Nympharum Lucus: extenditur à Taurominio ad Gelæ Fl fontes, sed nunc variis nominibus appellatur, ab oppidis ei adiacentibus: ad Chrysæ fontem; vbi editissimus: Monte Artesino.

MARO: hodie *Musumeni*, vel *Musumeli*, malè Meri montes in Tabulis, quem errorem Fazellus inuenit.

MONTES HYBLÆI, ad caput Fl. Alibi supra S. Marcellino, ab Hyblâ patruā sic dicti.

NEBRODES Montes sic dicti ~~et~~ r̄r̄ v̄b̄f̄ ab hinnulis quibus percurruntur, aliter Neurodi: hodie *Madonia*. Eorum partes videntur Maro mons *Musumeni*, & Gemelli colles, *Monti di Melle*, & alijs.

ERYX, Mons Veneri sacer, vbi delubrum totius Siciliæ nobilissimum Straboni lib. 6. ab Æneā conditum ait Melā, ab Eryce dictus est quem Hercules occidit. In eo templo mille & amplius meretrices Straboni. De Columbis Erycinis lege Ælianum 1. Var. cap. 15. Idem & de festo quem *αργάνια* vocat. Reparatum est hoc templum à Tiberio, ut ait Tacitus, sub Claudio id factum asserit Suetonius: hodie *Mons Trapani*, in Archiuo regionis *Mons S. Iuliani*.

### §. 3. *De minoribus Insulis Siciliæ adiacentibus.*

Eæ sunt vel Boreales, vel Occidentales, vel Australes: Boreales aliquando uno nomine dicuntur *Æoliæ*; Occidentales *Ægades*; Australes *Melita* & *Gaulos*.

### SECT. I. *Historica descriptio minorum Insularum ad Siciliam.*

#### NVM. I. *Insulae Boreales, seu Aeoliae.*

**NOMEN.** Dictæ sunt hæ Insulæ ab *Æolo* Rege qui in iis regnauit, dictus præsidere ventis quoniam eos præcinebat; forte ex Hierâ Insulâ, ut mox in eâ dicemus.

*Secundo*, Nominatæ sunt *Lipareorum Insulae*, seu *Liparensum* à Liparâ earum maxima.

*Tertio*, *Hephestiades*, Latinis *Vulcania*, & *Vulcani* ob ignes ex

QQqq ij